

Sermo

presentia ex cuius virtute omnia serena fuerunt: et ad totum omnia pervenerunt. homo miser relinquit sibi et vicia piter et defectus qui per omnia latitabant. per gredi incipiunt et erit miseria multa nimis. vñ Greg. Cum didicerit homo devotus per penitentiam gratiam quid inter sit inter mundum et immundum: reddit sibi et remittit ad mundandum cor ad visionem. ad aptandum animum ad similitudinem. ut si aliquis rursum admittat. sit purior ad videndum et stabilior ad fruendum. quod ut diximus omnia impediunt gratiam: que spe gratie latitabant. per gredimur. quibus cognitio homo rubore suffunditur. quod tam vilis et abominabilis appareat coram deo. vñ Bern. Audi subtracta gratia querulantem atque dicentem. Currebam bene et ecce lapis offensionis in via. impegit et corruit et dominus redinavit in ira a seruo suo. hinc ista sterilitas anime mee et devotiois quam parior: quoniam ira exaruit cor meum coagulatum est sicut lac. factumque sicut terra sine aqua. nec concipiuntur ad lacrimas queo. quoniam non sapit quicquam legere non delectat. orare non libet. meditationes solitas non inuenio. ubi illa inebriatio spiritus. ubi mentis serenitas gaudium et pax in spiritu sancto. Tertio hic languor surgit ex odore. deus enim subtrahens se anime dilecte relinquit post se sue virtutis odorem qui urget animam ut dilecti absentiam impatienter ferat. clamans sine intermissione post tergum abeuntis. Revertere revertere. Nam ut ait Bern. Subducto sibi tam dulci sponso interim nihil aliud non dico desiderare: sed nec cogitare libebit. itaque reuocat verbum id est sponsus: et hoc desiderio anime eius cui aliquotiens indulserit suauitatem sui. Numquid desiderium vox est et valida. sponso itaque abeunte vna interim et continua vox continuu desiderium tanquam primum revertere donec veniat. quod totum agit ex stimulo odoris in anima derelicti. de quo odore dicit Bern. Gustato aliquantulum quod dulcis est dominus: etiam cum quasi derelicta a domino ad se redierit. in cordis palato sapor retinet. quo fit ut impatienter ipsum non queat sua desideret cum languore. Verum cum ex hoc languore mirabiliter proficiat anima eo quod spiritus et inquietudinibus vehementer eragitata languere non cessat. donec de eius impari-

entia allectus cum maiori familia gratia et maiori cumulo bonorum reuertit. quos perfectus quod multi sunt et nobiles et paucis cogniti. id est eos deus in sermone alium eos refuamus loquentes de his que dominus dedit ad docendum. qui aperit os mutorum et linguas stultorum facit difras ad laudem et gloriam nominis etc.

LIII. De eodem sermo secundus.

Maria magdale-

na sedens secus pedes domini audiebat verbum illius. Luc. 10. Dicit

Greg. Pensamus fratres carissimi quante pietatis fuerit peccatrice mulierem dominum non solum admittere sed etiam ei ad tangendum pedes prestare. Consideremus gratiam misericordie dei et dānemus multitudinem reatum nostrum.

Expeditis ergo in priori sermone duobus coloribus iridis: rubore videlicet et pallore. nunc persequens est: ut de tertio colore videlicet viridi quod dominus dederit persequamur. hic autem color quod visus acuit. contemplationem signat non quam cumque: sed eam que sequitur ex predictis. In verbis ergo propositis tria intelligimus que ad contemplationem in nobis nutriendam necessario requiruntur scilicet mentis et corporis quietationem diuine gratie cooperationem et internam operationem. Primum ibi. maria se. secundum ibi. sedens pedes domini. tertium ibi. audiebat verbum illius.

De ordine tractantes. primo dicimus quod in hoc negotio necessaria est corporis et anime quietudo. hec enim negotia sunt de interioribus. et ideo necesse est ut si de his aliquid apprehendere cupimus optet nos ab exteriori inquietudine esse penitus alienos. Quod per ezechielem efficaciter ammonemur ubi dicit. Ingredere et includere in medio domus tue. Nam per hoc quod dicit ingredi indicat nobis corporis quietationem. per hoc autem quod adiungit: includere mentis tangit sabbanationem. de qua dicit Esai. lvi. Et erit mensis ex mense. et sabbatum ex sabbato. Hinc Bernardus. Impossibile est hominem animum fidelem figere in vno qui non prius alicui loco perseueranter affixerit corpus suum. Studia. n. hec silentium amant quietem desiderant. cordis pacem ab exterioribus pressuris et bona conscientiam in omni puritate cordis et corporis: nec oportet mentem intentam

20 et ita no.

LIII.

ram esse forensibus causis: curis ve secularibus nec ventri & luxurie deditam: nec curiosam spectandi nec cupidam dñandi: & ideo subiungit iterum dicens. **D**anima esto solavit soli omnium te serues que ex omnibus elegisti. fuge publicum. fuge domesticos. secede etiam ab amicis. an nescis te habere verecundum amatorem: qui nequaquam presentibus ceteris suam tibi velit presentiam indulgere? **E**t ideo magdalena volens huic negotio intendere ad pedes domini dicit sedisse. **S**ecundum huic negotio necessarium est diuine gratie cooperatio: quod in pedibus dñi intelligitur euidenter per quos pedes misericordia dñi & iudicium accipitur. sedens enim ad meditando & vacandum bonis dñi. non secus pedem vnus illorum sederat. sed secus ambos pedes. quod alterum sine altero non expedit intueri. **U**t ergo cauta semper permaneat. ambos cogitet. quia omnis deuotio exufflatur quod his duobus pedibus scilicet misericordie & iusticie non incumbit. **S**i enim iusticia sine misericordia attenditur: nimis preimesceret. si vero misericordia sine iusticia aspiceret. nunc insoleceret. **A**mbos ergo homo volens proficere consideret. vt altera alteram temperet. quod misericordia sine iusticia faceret presumptionem. iusticia vero sine misericordia desperationem. **A**d ambos ergo pedes domini sedeamus. nunc illi nunc istum accedentes vt ex presumptione & desperatione contemptus homo timens speret & sperans timeat. **P**rimo illa scilicet iusticia deuote considerata reprimat insolentiam. illa scilicet misericordia erigit in fiducia. illa scilicet iusticia operatur humilitatem. illa vero erigit pusillanimitatem. **v**na docet timorem altera vero amorem. **b**inc **B**ern. **F**elix mens cui dñs iesus vtriusque infixit pedem scilicet misericordie & iudicij a duobus signis cognoscite eam que eiusmodi est. **P**rima sunt timor & spes. **I**lle iudicij. illa misericordie reprimat imaginem. quod alterum sine altero auscultari non expedit. quod recordatio solius iudicij in baratrum desperationis precipitat: & inia sola pessima generat securitatem. **Q**uique tertium in proposito thymate scilicet audiebat verbum illius quod interna operationem nobis representat. **I**pe enim dñs iesus magdalene sic sedenti verba tam exteri-

us quam interius dulcia propinabat. **Q**ue autem & quia verba ei dñs dixerit: non interest mea exponere: nisi quod intus & extra talia ei sit locutus. per que in statum gloriosissimum est promotus. **U**t autem hanc materiam que in manibus est ad precedentia connectamus. **E**cce in fine precedentis sermonis dictum est quod subtracta diuina presentia relinquit quidem sapor gratie ipsi ante: ex cuius odore impatienter languens. continuo clamore impatientis desiderij postulat priorem sibi gratiam reddi. **R**euertere reuertere dilecte mi. de quo languore dicit **B**ern. **Q**uanto putas posternat animus stupore subtracto sibi tanto solacio. **S**ubtractio enim rei amate augmentum desiderij est: & quod ardentius optat caret egrius. **E**t hic languor amoris non est aliud nisi tedium impatientis desiderij: quo necesse est affici mentem vehementer amantis eo abeunte vel etiam absente quem amat. **N**ullo igitur humano solacio mitigat secreta doloris sacra amaritudo. quod dilectus considerans (quippe qui eundem languorem inspirat vt occasione ex eo habeat redeundi) reuertit loquiturque ei verba amatoria. verba ineffabilia. verba que non licent homini loqui. **O**ccasione ergo horum verborum tria dicentur per ordinem scilicet de mutua colloquutione dei & anime scilicet de liquifactione. tertio de vniuersitate. **P**rimum refutantes quattuor de eo dicemus. scilicet linguarum declarationem. dei locutionem. intermeditationem & locutionem dei distinctionem. quarto locutionis dei diuersitatem sine variationem. **S**ciendum ergo quod de lingua sponsi & sponse dicit **B**ern. **S**piritus est deus & spiritus est anima & habent linguas suas. quibus se mutuo colloquuntur presentesque iudicant. lingua ergo sponsi est fauor dignationis. lingua vero sponse est feruor deuotionis: & elinguis est omnia que habet linguam non habet: & non potest ei esse sermocinatio cum verbo. **S**ecundo dicendum est de dei locutione dicit **B**ern. **C**um per semetipsum loquitur nobis deus: sola nobis vis interne aspirationis aperitur: & de verbo eius sine verbis & sillabis cor docetur. quia virtus eius intima quadam subleuatione cognoscitur. **T**ertio ne eius allocutionem surda aures transeamus putantes nostram esse cogit-

De linguis sponsi & sponse

De dei locutione

Sermo

rationem sermonē dei. quod quibusdam in-
properat. deus Joba. viij. dicit. Quare lo-
quelam meam non cognoscis: eo q̄ simili-
ma sunt. sicut ait Bern. Cogitata nostre mē-
tis a sermonibus veritatis in nobis loquētis
nec facile quis discernit quid intus pariat
cor suum. quid se audiat. Unde cu; sic sint
similima: necessarium est vt differentie assi-
gnentur. Propter quod sciendū q̄ sermo dei
est verus bonus et ardens. sed horum opposi-
ta habent nostra cogitata. Primo dico ser-
mo dei est verus ip̄o dicente. Veri sunt oēs
sermōnes mei. Nostri autem sermōnes qui
er nobis sunt omnes sunt mendaces. Iuxta
illud Joban. viij. Qui loquitur mendaci-
um de proprio loquitur. Item sermo domi-
ni est bonus: noster vero malus. vñd Bern.
Cum mala versamus in corde nostra est co-
gitatio. si vero bona dei sermo est. illa cor no-
strum dicit. hxc audit. hinc veritas dicit ma-
thxi. v. De corde exeunt cogitationes male-
homicidia. adulteria etc. de verbis aute; do-
mini bonis dicitur Mich. ij. Nonne verba
mea bona sunt? Item sermo dei est ardens.
vnde in prouerbis. Omnis sermo dei igni-
us. vnde Jere. Nunquid verba mea sunt q̄
si ignis ardens et quasi malleus conterens?
et iterum. Verba illius quasi facula arde-
bunt. verba autem nra dura sunt frigida in-
sipida et terrena. hinc Esa. De humo vñsita-
bit eloquium tuum. Quarto dicendū est
de huius locutionis diuersitate. aliquando
enim in nobis deus loquitur verba ad solā
consolationē pertinētia: vt est illud in Can-
ticis. Ecce tu pulcra es amica mea formosa
mea immaculata mea: que videlicet verba
nihil aliud intendunt nisi consolationem
et toniens replicata non nisi cumulum deli-
ciarum sonant. Vocat animā amicā; quia
ad lucra dei fideliter intendit. vocat eam for-
mosam quia celesti desiderio flagrat. vocat
eam immaculatam propter vite puritatem.
Aliquando loquitur in nobis verba ad vir-
tutes promouentia. vt est illud in Canticis
Surge prope amica mea et veni. Ac si di-
cat. Surge ab omni imperfectione et prope-
ra feruore et amore ad ornatum virtutum. et
veni ad perfectionem virtutū. Aliquādo lo-

quitur quedam verba ad desiderium super-
norum inflammantia. vt est illud in Can-
ticis. Veni in ortum meum soror mea sponsa
omnia poma vetera et noua seruauit tibi. per
que verba inflammat eam vt cupiat dissol-
ui et esse cum christo. de his modis loquēdi
dicit Bern. Sunt verba domini rigātia cor-
da arida et tendentia pre amoris magnitu-
dine quorum diuersitas narratio de ciuita-
te dei. de pace. de copia ciuitatis. de ciuium
gloria. de decore lucidissime mansionis. pel-
lens de corde fastidium: nuncians dilecto
q̄ possessio eius sit. De sunt ergo locutiones
dei q̄s cū suis varietatibus. prudens anima
audiat quid loquatur in ea dominus: et sibi
intentionem verborum regat componet et or-
dinet vitam suā. Super omnia autē verba
hxc loquitur quicq; verba non propria: sed lo-
quitur quecumq; loquit homo. vt quicquid
ille homo etiam corporali voce dixerit: ipse
imirando loquatur. ad interloquendū dico
Scio hominem in christo qui requisit a
me dicens mihi. Sepe loquitur in me deus
et inter alios modos loquendi loquit verba
mea. vt quicquid ego dixerō ipse dicat eadē
reperens et de suis penitus nihil addens. et
subiungit. homo dei. Rogo inquit ille. quid
sibi vult illud: ego pro meo sapere respondi
dicens Non intelligo aliud in hac repetiti-
one verborum tuorum: nisi affectuosissimas
delicias caritatis dei qua nihil indicat se sci-
re vel posse nisi q̄ tu velis. Nunc ergo audi
inquit philiū meū. obserua os eius. et quā re-
plicabit verba tua. tu perge ad illa verba q̄
maxime in te cōpleri desideras. Ad si eadē
ipse reperierit. erit tibi spes validissima q̄ ali-
quā ipse impleat desiderium tuū. Nā vt ait ipse
p̄ ps. Que pcedit de labijs meis nō faciat
irrita. oportet q̄ vt faciat. sicut locutus est dñs
deus n̄r. Similiter locutio anime tripliciter
variatur. cum enim lingua anime sit feruor
deuotionis oportet vt locutio variē quead-
modū deuotio variatur. **S** Est autē tri-
plex anime deuotio. s. intime dilectōis. stu-
pende ammiratōis desiderij feruentissime in-
flamatōis. Loquitur ḡ ex intima dilectōe. cū ex
irritu bñficōrū inflamata surgit ad grā actō;
Tunc etiā loquitur ex stupēda ammiratione cū

De locutione

ex intuitu diuine maiestatis surgit in laudationem. Tunc etiam loquitur ex desiderio in flammatione cum ex intuitu promissorum super sperat ad promissa eadem consequenda. Tunc autem maxime loquitur anima cum ex nimia deuotione lingua carnis obmutescit: non inuentione uerba ydonea: per que mentis affectum ualeat explicare. hinc Greg. Tunc facilius laudes dei loquimur cum ab his obstupescendo obmutescimus. Ille ergo dei maxime laudat qui se in eius laudis expletione considerat succumbere. Secundo dicendum est de liquefactione: hoc est quomodo liquecat ad dei collocationem: nam ex diuini colloquii uirtute anima liquefit ipsa asserere in Can. ubi dicitur. Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. liquidum autem de sui natura fluit: quod autem fluit transit ab eo loco in quo fuit in locum in quo non fuit. de hoc modo liquefactionis dicit Bern. Res liquefendo mollior mollior autem ex igne amplius purgatur purgatur autem amplius nobilitatur et confortatur in massam unitatis quemadmodum diuersa metalla igne soluta confluunt in unum. sic deus et anima in se diuersa ex igne caritatis in unum confluunt. quod adhuc apertius bern. offendit dicens. Ex uirtute uerborum mutuo sibi colloquentium corda liquefunt. liquefendo deficiunt. deficiendo transeunt. transeunt ueniuntur unita perficiunt. dum in illarum unitatem coeunt quam saluator orat et operatur fidelibus suis Job. xxij. ut sint inquit unum in nobis sicut et nos unum sumus. Tertio dicendum est de unione beata dei et hominis. de qua iam dictum est in ipsa liquefactione. Nam ex colloquutione fit liquefactio. ex liquefactione fit unio: que uicem unio amantem unio cum amato. de qua dicit bern. Quomodo stilla aqua multo infusa mero deficere a se tota uidet. dum et saporis uini induit et colorem. et quod ferum ignitum et candens igni similitudine fit. priusina exuta forma. Sic omnem in sanctis uoluntatem affectionem quodam ineffabili modo necesse erit a semetipsa liquefere et in dei manifestandi penitus uoluntatem. et hoc unio finis est et brauium ad quem omnium religiosorum festinare debet intentio prestante iesu christo.

LV. De eodem sermo tertius.

Maria erat que un-

xit dominum ungento Job. xi. **Beatus Greg.** loquens de magdalena dicit. Quicquid magdalena iam peccatrix turpiter sibi exhibuerat. hoc iam deo laudabiliter offerebat. Nos autem facta huius femine non uiciose sed ex uite sanctitate glorie fideliter inquirentes inuenimus eam tria uergentia ungentorum domino in triplici loco obtulisse. Nam in prima sua uersione ungentum deo obtulit pedibus domini applicatum. de quo ungento dicitur Luce. vii. Ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix. ut cognouit quod accubisset iesus in domo symonis leprosi. attulit alabastrum ungenti et stans retro secus pedes domini cepit rigare pedes eius: et capill capitis testit et osculabatur pedes eius: et ungento ungebatur. De secundo uergento dicitur Math. xxvi. Cum esset iesus in bethania in domo symonis leprosi. accessit ad eum mulier habens alabastrum ungenti preciosi: et effudit super caput ipsius recumbentis. Uidentes autem discipuli indignati sunt dicentes. Ut quid perditio hęc? Potuit enim etc. Scies autem iesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri. Opus enim bonum operata est in me. De tertio autem ungento dicitur Mar. xvi. Maria magdalena et maria iacobi et salome emerunt aromata ut ungerent iesum. Hęc tria ungenta maria magdalena cum suis appendicijs. hoc est cum suis deuotionibus obtulit domino. per quorum uirtute ab imo statu peccatorum ad gloriosum statum gratie promouente domino est promoti adeo ut in sublimitate glorie sublimata omnibus peccatoribus in exemplum sit posita. ut qui eam in imo hoc est in uia peccatorum secutus est. in ipsa etiam forma inueniet per quos eam ad gloriam imitet. et hęc de eius gloria breuiter tacta sufficiant. Nunc stilum ad nostram edificationem uertamus predicta tria ungenta. uno magis ipsas deuotiones per ungenta designatas nostro statui applicantes. non enim ipsa ungenta sine deuotionibus suis magdene profuissent nec domino placuissent. nec deuotiones propter ungenta: sed ungenta propter deuotiones domino placuerunt. ideo et nos ungenta ista corporaliter relinquamus: et deuotionem earum quam

No signa ungenti